

Zacharias David Schulemann

**Viro ... Domino Jacobo Christophoro Wolfio, Philos. Doct. ac Lit. Græc. Profess.  
Public. Ordinar. A. O. R. cl clccxxxv. xiv. Cal. Novemb. Sceptra Academiæ  
Varniacæ capessenti ea, qua par est, observantia gratulantur, simulque in  
controversiam recentiorem: An Actvs Gratiæ Applicatricis Sint Miracvla breviter  
inquirunt tres Bibliorum Sacrorum Proprii, Collegii Disputatorii pristini Auditores,  
calamum adhibentes Z. D. Schvlemanni**

Rostochii: Adlerus, 1735

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774753072>

Druck    Freier  Zugang



VIRO  
MAGNIFICO ATQUE EXCELLENTISSIMO  
**DOMINO JACOBO**  
**CHRISTOPHORO**  
**WOLFIO,**

Philos. Doct. ac Lit. Græc. Profess.

Public. Ordinar.

A. O. R. cœ cœ cœ xxxv. xiv. Cal. Novemb.

**SCEPTRA ACADEMIÆ**  
**VARNIACÆ**

ca pessenti

ea, qua par est, observantia gratulan-  
tur, simulque in controversiam recentiorem :



**ACTVS GRATIAE APPLI-**  
**CATRICIS SINT MIRACVLA**

breviter inquirunt

tres

Benorūm Sacrorūm Proprii,

Collegii Disputatorii pristini Auditores,  
calamum adhibentes

Z. D. SCHVLEMANNI.

ROSTOCHII,

Typis JOH. JACOB. ADLERİ, SERENISS. PRINC. & ACAD.

Typographi.

Q. D. B. V.



Iros', VIR MAGNIFICE, Numinis summi premi, quod omnia regit, ductus, interdum miraculorum nomine insigniti, inscriptis doctorum virorum observamus. Erit nobis, si vel maxime alios taceamus, exemplo idoneo liber SAVBERTI, de Miraculis Augustanae Confessionis conscriptus. Non, quasi circa hoc Symbolum Christianæ fidei edendum miraculi quid propriæ dicti deprehensum fuerit, sed tantum, ut indicetur, in iis, quæ rem quandam circumstant, peculiarem summi Numinis curam ac regimen hic eluxisse, quæ elegans observatio est viri nostra laude superioris IOANNIS GVSTAVI REINBECKII (a). Patimur ejusmodi loquendi rationem, ubi quicunque testatur, liberius sese loqui, nec verbis in rigore aromatico uti, præsentim, quia dicendi mos est, qui ipsum Spiritum Sanctum habet præsentem, a quo idem verbum נָבָא de productione miraculorum & proprie & improprie talium adhibetur (b). Illud equidem abnui nequit, consultum non esse, ut in Scholis Philosophorum pariter ac Theologorum tam diffusa ac laxa regnent vocum significaciones. Scimus ideas, quo simpliciores, eo quoque clariores existere, contra vero tot rebus diversæ naturæ unius eidemque termino subiectis ad rerum ipsarum confusionem pronam patere viam. Ast nihil feci, quando Theologi ex pluribus unius vocabuli notionibus Biblicis eam feligunt, quæ simplicior est & paucioribus rebus communis, tunc reliqua iis, qui extra cancellos Theologiarum Aromaticarum versantur, relinquere, nec quenquam, cui hisce niti volupe fuerit, atro carbone notare solent. Hoc igitur sensu, VIR MAGNIFICE, Tu quoque divina gratia documenta, quæ haec tenus expertus es, recte miracula appellaveris. Sunt certe admirabiles, quibus superemus rerum arbiter in hoc usque temporis spatium vitæ Tuæ providit, nutus. Servavit TE, ornavit & ad altiora subinde evexit Numen benignissimum, hodie denique in amplissimo

(a) In libro aureo, qui inscribitur: Betrachtungen über die in der Augustinischen Confession enthaltene und damit verknüpfte Gottliche Wahrheiten P. II in Præmio.

(b) Comp. STOCKIVS Clav. Ling. Sanct. V. T. p. 843.

plissimo honoris gradu collocat. In tali miraculorum divinorum cogitatione dum Tecum sumus defixi, publico quodam scripto tam excellentia bona Tibi gratulari observantiam decuit, qua Te, ut ducem, sub quo nuperime in bello erudito pugnavimus, prosequimur. Patiaris autem orationem nostram paulo longius digredi, simulque disquisitioni curationi subjicere quæstionem, quam nobis argumenti commendat affinitas, recens agitatam: An actus gratiae applicatrixis sint miracula. Sicut enim in istis ingenioli nostri publicis speciminibus Te arbitro non sine fructu usi sumus, ita denuo vires nostras pericitari atque ex Tua censura proficere cupimus. Primus, ni fallimur insolitam eam sententiam in scenam produxit acutissimus nostri ævi Philosophus, GEORGIVS BERNHARDVS BVLFINGERVS. (c) En verba ejus (d) Certum est, inquit, quod conversio hominis irregeniti, quoniam viribus naturalibus nequaquam fieri potest, sit miraculum, & a quam plurimis Theologis ita vocetur. Haec ex illius lucubrationibus procul dubio eandem opinionem ISRAEL THEOPHILVS CANZIUS (e). Expressæ etenim fatetur: (f) Conversionem esse miraculum, quod in anima nostra editur. Incomparabilem porro sibi assertum istud gratulari potest patronum JOANNEM LAVRENTIVM MOSHEMIVM. Nam invenimus in Dissertatione de salute infantum Christianorum atque paganorum e genuinis principiis demonstrata, quæ ante biennium ipso Præside in Academia Julia luci exposita est, §. XLIII. luculenta hæcce verba: *Ez adeo fides effectus, ad quem hominum vires producendum non sufficiunt: Quare illa miraculum omnino erit appellanda.* Adjecit ad hanc quæstionem animum quoque Plurimum Reverendus DN. D. VERPOORTENIUS, cum egregiam Dissertationem, doctrinam de miraculis recens controversam complectentem, tribus abhinc annis conscriberet. Et cum viri modo excitati operationes Spiritus Sancti simpliciter mira-

X 2

cula

- (c) Sive, quemadmodum hodie, ceu *arbolia* editionis novissimæ Commentationis hypotheticæ de harmonia animi & Corporis humani maxime præstabilita, nos edocuit, nomen scribere amat, BILFINGERVS. Decus ceterum Academiae Tübingensis est, ibidem honores gerens amplissimos, et si inter se dissimillimos. Theologiam docet, Principia consilio intimes est, simulque architecturam dirigit militarem.  
(d) Dilucid. Philos. Sect. II. Cap. V. §. CCXXX P. m. 220.  
(e) Tübingensis itidem Prof. Poel, & Eloqu.  
(f) Usu Philos. Leibnit. & Wolf. in Theol. P. I. Cap. XIII, utpote quod Auctor quæstioni nostræ destinavit,

cula prouantient, ipsi visum fuit, ut distingueret inter miraculum Philosophicum & Biblicum, afferens, rationem effectus gratiae divinæ, in homine convertendo occupatae, agnoscere miracula, non vero revelationem. Nec defuit tamen inter sanctiorem doctrinam profitentes, qui publicis scriptis dissensum suum ab ea opinione testaretur. Innuimus celeberrimum CHRISTIANVM EBERHARDVM WEISMANNVM, & hunc quoque in Tubingensi Musarum sede florentem, qui partim in Schediasmatibus Academicis p. m. 1719 illegitime putat, ex ordinariis Spiritus Sancti operationibus miracula excipi; partim 1729. avoribus peculiari scripto, quod inscripsit: Quæstiones nonnullas recentiores de miraculis, causam contrariam quam diligentissime egit. (g)

Ad ipsam quæstionem dum pedem promovemus, sentimus nos cura, quæ prima esse solet, ut notiones, de quibus quæritur, explicentur, levatos. Habemus etenim Viros laudatos ad unum omnes pulcherrime hic nobiscum consentientes. Cuncti abominantur perversos conceptus, quos VANNIVS, SPINOZA, CLARKIVS, HOBBESIVS, CONNOR, GREWIVS, FLEETWOOD, MALEBRANCHIVS, LOCKIVS, CLERICVS, alias vir doctus, cujus nomini parcimus, de miraculis aluerunt, de quibus si quis plura desiderat, celeberrimum adeat WALCHIVM (h). Cuncti, si de miraculis proprie dictis sermo est, uti est, suam faciunt vulgarem as bonam, cœn salutatur a BULFINGERO (i) miraculi definitionem, quod si effectus, qui neque ex essentia, neque ex vi creaturarum aut mundi hujus consequitur; sive quod idem dictu: est mutatio, cuius ratio sufficiens neque in essentia mutati, neque in creaturis extra mutantur reperitur. Cuncti tandem vi hujus definitionis in eo concordant, vocem miraculi hic sumi, quatenus distinguitur a rebus miris, insolitis & mysteriis (k). Similiter per actus gratiae applicaticis, as  
mnium

(g) Aegerime propterea tulimus, nobis istud scriptum præsto non fuisse ejus copiam ut impetraremus, frustra nullum non movimus lapidem.

(h) Lex. Philosoph sub voce Wunder p. 2960. seqq.

(i) I. c. §. CCXI p. 202.

(k) Dicimen inter res miras, insolitas, effectus omnipotentie divinæ generales, (quorum omnino quatuor recensentur, creatio, conservatio mortuorum resurrectio & mundi annihilationis) mysteria, res in possibles atque absurdas, & miracula veri nominis talia accurate expofuit VERPOORTENIVS I. c. p. 12. seqq.

mnium consensu intelliguntur operationes Spiritus Sancti, quibus  
in anima humana aliquid spiritualis gratiae producitur, ut sunt illu-  
minatio, reliqua. Neque illis tamen eadem ratione nomen mira-  
culi competere volunt, quid? quod ad primam tantum virium  
spiritualium collationem appellationem istam restringunt. (1)

Nobis si, quid animi sedeat, pronunciare licet, neque primus  
neque ex primo sequentes gratiae applicatrixis aetius miracula viden-  
tur. Compellunt nos ad tale judicium rationes firmissimae. Respi-  
cimus primum ad modum operationum istarum Spiritus Sancti  
ac aequum censemus, ut effectus in regno gratiae obvenientes eo-  
dem pede metiamur, quo mutationes, quae in regno naturae contin-  
gunt. Quidquid in regno naturae contingit, cuius ratio in viribus  
creaturarum in eo reperiendarum continetur, illud non est miracu-  
lum. Sic verbi causa, Deus flammæ vires indidit lucendi & obscura-  
qvævis illuminandi. Posita igitur candela in conclavi quodam, ef-  
fectus iste, quo conclave luce candela collustratur, omnium confes-  
sione a miraculo abest. Cur hoc? Quia ejus ratio in essentia can-  
delæ reperitur. Pari ratione in regno gratiae adest verbum divinum.  
Verbum hoc naturaliter gaudet istis viribus, ut aetius gratiae per-  
cere possit. Est enim sensus divinus, & aliter non eset, id quod ta-  
men est, verbum nempe divinum. Quando itaque homo irregeni-  
tus, per verbum Dei, quod teste 2. Petr. l. v. 18. ceu lumen in loco  
obscuri splendet, illuminatur, nonne effectus iste ex natura verbū  
divini sequitur? Hoc autem concessio non erit miraculum. Par siquidem  
parium est ratio; & quidquid propter modum, quo peragitur in regno  
naturae a miraculo excluditur, illud, eodem plane modo in regno  
gratiae peractum, minus recte miraculum dici videtur.

Ulterius regnum gratiae lustrantes deprehendimus Oeconomiam  
divinam, quoad singulos casus interdum variasse, Numenque sapien-  
tissimum nonnunquam aetius gratiae mediis ordinariis omissis perfe-  
cisse.

X 3

(1) Pertinent huc verba BULFINGERI l. c. §. CCXXX. not. d. oe-  
currentia: *Videri, quod boni motus, quatinus ex semine verbi divini  
anima ingenerato & perdurante orti, secundum natum anima illumina-  
tio, sint corollaria primi miraculi in conversione prestiti, sed proprie-  
loquendo non sint nova miracula.* Et VERPOORTENII l. c. p. 14.:  
*Largimur, quosdam gratiae gradus rationem sui sufficientem in prima  
virium spiritualium collatione habere, quia incorruptibile verbi divini  
semen animo hominis semel ingeneratum vim & efficaciam suam motus  
spirituales producendi retinet.* *Jac. l. v. 1. Petr. ii. v. 23.*

cille. Qvod intuentes Theologi distinctionem adhibere solent inter regenerationem ordinariam & extraordinariam. Ita KOENIGIUS noster tradit: (m) Regeneratio, inquit, est vel ordinaria quæ sit per verbum & sacramenta (n) vel extraordinaria, que sine externis illis mediis sit, qualis est regeneratio infantum Christianorum, qui ante baptismum perceptum moriuntur. Nec dicitur potest, illuminationem, qua Johanni Baptista embryoni Messiae præsentia innotuit, extraordinariae nomen mereri, siquidem sine verbi divini audizione siebat. Quæ cum ita sunt, primum perspicuum est, quod si locum relinquemus sententiæ eorum, qui actus gratiæ miracula venditant, nos habituros duplicitis generis miracula ordinaria & extraordinaria. Si inquires: quid tum? attendas velim ad contradictionem in adjecto, quæ manifesta adest in vocibus miraculi ordinariis. Ordinarium quippe est, quod ordine fit, sive ex essentia creaturarum hujus mundi consequitur. Miraculum vero, ut antea diximus, vocatur, quod non ex essentia creaturarum fluit. Deinde liquet etiam, adeste jam in regno gratiæ effectus istiusmodi, qui miraculorum nomen suo sibi jure vindicant, scilicet actus gratiæ extraordinarii, quorum ratio non est in viribus mediorum, quæ alias huic fini sunt destinata. Quid igitur magis consentaneum est, quam istos actus miraculi nomine salutare, quibus veluti proprium est? quid magis repugnat, quam appellationem miraculi, ab iis effectibus, quibus accurate loquendo convenit, auferre, vel saltē nimis justificare extendendo, quod ordinarium & extraordinarium est, inter seconfundere.

Agere DEum in miraculis potentia sua absoluta, ex definitione miraculorum saepius inculcata patet. Unde efficitur, quando DEus miracula edit, neminem ei resistere posse. Ex quo fonte novum pro praesentia nostra confirmanda haurimus argumentum. Actus gratiæ enim ita esse comparatos, ut successione quadam fiant, nec amplius progrediantur, quam abs homine non impediuntur, quo quot puritatem in sanctiori doctrina sequuntur, docent, & adversus dissentientes solide evincunt. Quocirca miraculorum numero erunt eximendi.

(m) Theol. Pos. Acrom. p. 188.

(n) Melius forsitan numero singulari sacramentum diceretur, quam sacramenta. Vnicum enim baptisimi sacramentum regenerat, fidemque confert, quam sacra Cœna magis magisque confirmat. Communem huncce tramitem tamen deseruit immortalis famæ Theologus B. WEIDENERVS in Dissert. de Art. Fid. quoad Sacr. p. 36. & Disp. An Sacmentum Altaris revera conferat fidem.

eximendi. Ratiocini huic quanti robo i[n] sit, [satis] intellecterunt  
viri doctissimi, qui in diversa abeunt. Hinc ei nervum incidere la-  
borant inficias eundo, quod miraculo abs homine resisti nequeat.  
Excitant idcirco ex oraculis divinis exemplum Regis Israelitarum,  
quod II. Reg. XIII. v. 18, 19, extat, quemque victoriz a Syris repor-  
tandæ restitisse ajunt, non implendo conditionem, sub qua victoria  
illi erat promissa, ut certis nimirum vicibus terram percuterer. Ita  
prosperus, ut verbis CANZII loquar, (o) non absurdum est miraculum con-  
versionis suspendi a conditione hominum, posse itaque conditione omissa impes-  
cari, id est, resisti quando media paedagogica ad imitationem Regis Israeliticæ  
non tene adhibeantur. Veremur autem, ut quadret exemplum allat-  
um. Multa adhuc probatione indiget, elusisse Principem Judaicum  
tunc temporis miraculum. Victoria ei ostendebatur amplissima, an-  
vero per miraculum obtainenda, dubio haud vacat. Crediderim po-  
tius, si percussio terræ voluntati divinae respondisset. DEVM per  
singularem providentiam ita & exercitum Regis & copias hostium  
dispositurum fuisse, ut ex causis naturalibus Israelitis orta esset  
victoria. At quoniam facile præsigio, quidnam ex placitis Illu-  
stris WOLFII mihi respondebitur, nec tamen altius penetrare mihi  
fas est, ponam, de genuino miraculo sermonem esse, neutiquam  
tamen inde elicere poterit, eodem modo miraculis resisti posse, quo  
actibus gratiae. Bene nobis discernenda videntur conditiones illarum,  
quibus præsentibus DEVIS miraculum edere voluit ab ipso actu,  
per quem miraculum præstare volebat. Prioribus restitisse Regem  
Israelitarum concedimas, non autem posteriori. Secus se habet  
res, ubi homo actibus gratiae salutaribus resistit. Tunc etenim  
non solum conditionibus antea requisitis, sive actibus paedagogi-  
cis, sed & ipsi actui convertrici obicem ponit. Id quod cum in  
miraculo fieri nequeat, relinquitur inde, actus gratiae non esse  
miracula.

Supersunt adhuc alia, quibus sententiam nostram haud dif-  
ficerunt stabiliremus. Dispiciendum pariter esset, de iis, quæ a Viris  
eruditis erudite excipiuntur, in primis de dilemmate BULFINGE.  
RI (p): Aut operationes in fidelibus spirituales sunt supra vires naturæ, aut  
non. Si prius, sunt miracula, si secundum adest Pelagianismus: quia do-  
ctinæ, quam confutavimus, tam egregius in eodem praetextu  
usus, ut Pelagianisti arguantur, quicunque ab ista alieni sunt.  
Sed


(o) Invenies ea l. c. p. 496, quibus familia assert MOSHEMVS.

(p) l. c. p. 224.

Sed integrum argumentum nobis hac vice exhaustire non fuit concessum, quin potius reliqua alia occasione expediemus. Veniam solummodo petimus a summis viris, a quorum sententias divortium quoddam facere religioni nobis haud fuit. Concedent illi, speramus, haud gravatim, ut ea, quæ unicuique sunt dubia, in medium afferantur, quo veritati, quam omnes querimus, investiganda eo major sit occasio. Veniam æque abs Te rogamus **VIR MAGNIFICE**, cui hanc scriptionem sacram esse cupimus. Novimus hoc genus scripturæ esse leve, nec Tua persona dignum. Confidimus nihilo seclusi, illud Tibi haud fore ingratum, tanquam observantiaz, qua te colimus, demissæ testimonium. Quam uti quolibet modo testationem reddere cupimus, ita & voto integerrimo declarabimus. Felici itaque omne adgredere imperium, quod Patres Conscripti Academiæ nostræ in cives suos Tibi destinarunt. Nunquam successu careant consilia, quæ in salutem Musarum nostrorum capies. Et quia summus iste honor, quo mactatus es, ingens procul dubio quoque habebit onus, ipse Tibi **DEVS** ter optimus ferque maximus animi corporisque vires servet incolumes, ut omnem curarum segetem lætissimo animo vincas. Dirigat ille, quævis Tua cœpta, ut coeleste ejusdem auxilium ubivis vel manibus Tibi sese præbeat palpandum, adeoque finito regiminis Tui tempore ansa Tibi sit infinitas laudes canendi divinae gratia miraculis.

**S. N. D. B. J. S. S. A.**





cula prouantient, ipsi visum fuit, ut distingueret in Philosophicum & Biblicum, afferens, rationem effe-  
vinæ, in homine convertendo occupatae, agnoscere  
vero revelationem. Nec defuit tamen inter sanctio-  
profidentes, qui publicis scriptis dissensum suum ab  
staretur. Innuimus celeberrimum CHRISTIANU-  
DVM WEISMANNVM, & hunc quoque in Tubin-  
sede florentem, qui partim in Schediasmatibus AC  
119 illegitime putat, ex ordinariis Spiritus Sancti oper-  
exsculpi; partim 1729. avorū 1326. peculiari scripto,  
Quæstiones nonnullas recentiores de miraculis, cau-  
quam diligentissime egit. (g)

Ad ipsam quæstionem dum pedem promove-  
nos cura, quæ prima esse solet, ut notiones, de c  
explicantur, levatos. Habemus etenim Viros la-  
omnes pulcherime hic nobiscum consentientes.  
nantur perversos conceptus, quos VANNINVS, SP-  
CKIVS, HOBBSIVS, CONNOR, GREWIVS,  
MALEBRANCHIVS, LOCKIVS, CLERICVS,  
cujus nomini parcimus, de miraculis aluerunt,  
plura desiderat, celeberrimum adeat WALCHIVM  
de miraculis proprie dictis sermo est, uti est, suam  
ac bonam, ceu salutatur a BVLFINGERO (i) mirac-  
quod si effectus, qui neque ex essentia, neque ex vi cre-  
di hujus consequitur; sive quod idem dictu: est mu-  
sufficiens neque in essentia mutati, neque in crea-  
tum reperitur. Cuncti tandem vi hujus definitio-  
dant, vocem miraculi hic sumi, quatenus distingui-  
insolitis & mysteriis (k). Similiter per actus grati-

(g) Ægerrime propterea tulimus, nobis istud scripto  
isse cuius copiam ut impetraremus, frustra nulli  
lapidem

(h) Lex. Philosoph. sub voce Wunder p. 2960. secundum

(i) I. c. §. CCXI p. 202.

(k) Diferimen inter res miras, insolitas, effectus o  
generales, (quorum omnino quatuor recensentur)  
vatio mortuorum resurrectio & mundi annihi-  
li in possibles atque absurdas, & miracula veri in  
exposuit VERPOORTENIUS I. c. p. 12. seqq.

mnium consensu intelliguntur operationes Spiritus Sancti, quibus in anima humana aliquid spiritualis gratiae producitur, ut sunt illuminatio, reliquæ. Neque illis tamen eadem ratione nomen miraculi competere volunt, quid? quod ad primam tantum virium spiritualium collationem appellationem istam restringunt. (1)

Nobis si, quid animi sedeat, pronunciare licet, neque primus neque ex primo sequentes gratiae applicatricis actus miracula videntur, Compellunt nos ad tale judicium rationes firmissimæ. Respicimus primum ad modum operationumistarum Spiritus Sancti ac æquum censemus, ut effectus in regno gratiae obvenientes eodem pede metiamur, quo mutationes, quæ in regno naturæ contingunt. Qviequivid in regno naturæ contingit, cuius ratio in viribus creaturarum in eo reperiendarum continetur, illud non est miraculum. Sic verbi causa, Deus flammæ vires indidit lucendi & obscura quævis illuminandi. sita igitur candela in conclavi quodam, effectus iste, quo concretae candela collustratur, omnium confessione a miraculo hoc? Qvia ejus ratio in essentia candela reperitur regno gratiae adest verbum divinum. Verbum et ipsis viribus, ut actus gratiae perficiuntur, & aliter non est, id quod ta-

Qvando itaque homo irregeneratus, lumen in loco effectus iste ex natura verbæ trit miraculum. Par siquidem am, quo peragitur in regno em plane modo in regno videtur.

etendimus Oeconomiam variasse, Numenque sapientiæ ordinariis omisisse, perfecisse,

BULFINGERI I. c. §. CCXXX, not. d. oem, quod boni motus, quatenus ex semine verbi divini ato & perdurante orti, secundum naturam anima illuminatoria primi miraculi in conversione prestati, sed propri loco non sint nova miracula. Et VERPOORTENII I. c. p. 14. Largimur, quosdam gratiae gradus rationem sui sufficientem in prima virium spiritualium collatione habere, quia incorruptibile verbi divini semen animo hominis semel ingeneratum vim & efficaciam suam motus spirituales producendi retinet. Jac. I. v. 21. I. Peter II. v. 9.

